Zeugniſse und Urtheile

über

Ausonius und seine Mosella.

Symmachus, Epist. I, 14.

— Volitat tuus *Mosella* per manus sinusque multorum, divinis a te versibus consecratus: sed tantum nostra ora praelabitur. Cur me istius libelli, quaeso, exsortem esse voluisti? Aut ἄμουσος tibi videbar, qui dijudicare non possem; aut certe malignus, qui laudare nescirem. Itaque vel ingenio meo plurimum vel moribus derogasti. Ego tamen contra interdictum tuum vix ad illius operis arcana perveni. Velim reticere, quid sentiam, velim de te justo silentio vindicari: sed *admiratio scriptorum* sensum frangit injuriae. Novi enim istum fluvium, cum aeternorum principum jam pridem signa comitarer, parem multis, imparem maximis. *Hunc improviso clarorum versuum dignitate Aegyptio Nilo majorem, frigidiorem scythico Tanai, clarioremque hoc nostro populari Fucino reddidisti.*

Und etwas weiter unten: Ita me diis probabilem praestem, ut ego hoc tuum Carmen libris Maronis adjungo. Sed jam desinam mei

oblitus doloris, inhaerere laudibus tuis, ne hoc quoque ad gloriam accedat, quod te miramur offensi.

Sidonius Apollinaris, Epist. IV, 14.

Nam tuorum pueritiae comparatus non solum Cornelios oratores, sed *Ausonios* quoque poetas vincere potes.

Gesta Trevirorum, Cap. XXX.

Ausonius vero libellum, qui dicitur *Mosella*, metrice composuit, et postea, reversus in patriam grande volumen ad honorem hujus patriae edidit, quod qui scire volet, in Burdigala reperire poterit. (Vergl. zu Vs. 394.)

Trithemius, de Script. Eccles. p. 218.

Scripsit ibidem existens (Treviris) inter caetera metrice opusculum insigne, quod praenotatur *Mosella*. — Cfr. Id. de Orig. Fr. T. I, p. 30, ed. Freher.

Petrus Crinitus (de Poet. lat. V, in vit. Aus.)

De fluvio *Mosella*, qui Lingonum fines praetergrediens in Rhenum influit, in quo maximam laudem, ut est auctor Symmachus, jure optimo sibi vindicavit. Siquidem incredibili elegantia utitur in eo describendo.

Iul. Caes. Scaliger. lib. VI, Poet.

Mosellam vero adeo excoluit, ut ea solum magnum poetae nomen sibi comparare potuerit. Est

enim in ea multa ars, tum dispositionis, tum elocutionis. Multa lumina figurarum, multum ingenii deprehendas.

Jos. Scaliger, in vita Aus.

Treveris agens coepit amoenitatem ejus tractus et fluminis Mosellae delicias admirari. Quo argumento mirum oblectatus, coepit illud poëtica descriptione periclitari, id quod ei, ut alia omnia, feliciter cessit.

Vinetus, in Not.

Ingenio eruditioneque eximia fuiſse Ausonium vel hoc carmen solum probare potest.

Gronovius, Obs. I, 19.

Mosella Ausonii festivissimum et consulari ingenio dignum poëma.

Tollius, ad Vs. 175.

In hoc carmine, quo vix absolutius aut elegantius aliud est, quid potuerit, ostendit.

Schurzfleisch, Opp. Historico polit. p. 510.

Qui (Ausonius) poëmate condendo, quod *Mosellam* inscripsit, non tantum effluxit atque imitatus est Scriptores optimos, sed et historiae scribendae comprimis dignitatem attulit.

ADDENDA.

Vs. 2. Man könnte die neue Beveſtung Vincums allenfalls auch Valentinian zuſchreiben, der nach Ammian. Marcellin. XXVIII, 2, viele Caſtelle am Rhein errichtete und beveſtete. Allein auf Iulian paſst es weit beſser. —

Vs. 11. *Novomagum*, Cod. St. Gall. *Nojomagum.*

Vs. 35. Der St. Galler Codex hat: *Non spirante vado rapidos properare meatus.* — *Properare* dürfte wohl nur eine Gloſse seyn.

Vs. 47. Hier hat derſelbe Codex eine ganz abweichende Lesart, die eine nähere Berückſichtigung verdient. Er lieſt nemlich: *Sicca im primores pergunt vestigia lymphas.*

Vs. 68. Auch hier hat er *tota*, wie alle andere Codices.

Vs. 140. *At cum* hat auch der angegebene Codex, von deſsen wichtigern Lesarten hier einige ohne weitere Bezeichnung folgen, weil ſie entweder die aufgenommene Lesart beſtätigen, oder ſonſt zu berückſichtigen ſind.

Vs. 178. *Igneus* — *aureus.*

Vs. 237 *captat*, ebenso.

Vs. 256 *Dexter*, ebenso.

Vs. 308. Auch die kleinere Ausgabe des Tollius hat *arte.*

Vs. 312. *Quadro*, — *quadra.*

Vs. 317. *Afflatamque*, ebenso.

Vs. 326. *Dives*, — *felix.*

Vs. 337. *Sulphurea* — *fluminea.*

Vs. 359. *Erubrus* — *Erubris.*